



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ Deuotæ

Richeome, Louis

Coloniæ, 1610

Inter corpus & animam perfectiſſimum matrimonium reperiri. Colloq.  
XXXV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)

idcirco creata, vt corpori innexa maneret, & cum eo beatitudine immortalis perfrueretur, necesse erat subiecto eā affini & qualitativis suis proportionato copulari, & tanto melius appposito & congruentiore, quanto societas firmior erat, & finis reliquos omnes longissimo post se spatio relinquebat, qui est visio Dei propter quam homo in hunc mundū fuit introductus. Erat hoc admirandū plane & primum matrimonium, quod miraculo singulari Deus suā vim potentiāq; demonstraturus, inter duas creaturas ex diametro sibi inuicem oppositas, corpus & animam, coelum ac terrā voluit instituire. Copulavit itaq; eas vinculis convenientibus, vnicuique propria sua ornamenta, & electissima dona ex thesauris potentię ac bonitatis vniuersę appendit.

*Inter corpus & animam perfectissimū  
matrimonium reperiri.*

COLLOQVIUM XXXVI

THEO. **V**ERVM vt in quolibet coniugio iusta proportio quam ac-  
cura

curatissimè obseruetur, duo admodum solent considerari, alterum est qualitas partium, alterum ætatum. Nec enim vlla conuenientia ratio haberetur, si iuenculam Principè rustico in matrimonium dare cogitares, & vero, copiosissimam æternæ litis & rixarum materiam suppeditares: iam eandem etiam si Principi octuagenario copularis, nobili eam sepulcro associasse iudicaberis. Ea ergo vt ambo sapienter euitemus, dicendum illud est, quod ex Poetis non nemo cum Philosopho Pittaco decantauit;

*Si vis nubere, nube parè.*

nobilem videlicet nobili aut saltem nobilitatæ, diuitem opulentæ, iuuenem adolescenti adiungito, quo cõnubio fides fit, & copula inita perënet. Et si hic ferè vltimis & exulceratis nostris temporibus mos inualuit, vt non modo nobilitatem, sed iuuentutem etiam & ætatem quamlibet auri & pecuniarum magnitudine metiamur, isque demum natu minimus sit qui ditissimus, ille sapiētissim⁹ qui nobilissimus. Nouit  
autem

autem Deus accuratus omnium cen-  
sor ac arbiter, quæ sæpenumerò ma-  
trimonia contrahantur: & quã gra-  
ui penitentia subinde brevis lætitia  
excipiatur. Maneat ergo Deum, qua  
sapientia pollet, duos hos articulos  
studiosissimè obseruasse, & animã  
pulcherrimam iuxtaque nobilissi-  
mam, corpori speciosissimo & qua-  
litate quam simillarum inter  
se proportione nobilitate adiun-  
xisse, Principique perpetuo iuuen-  
culæ & mortis legibus solutæ, cor-  
pus à necessitate senectutis liberũ,  
& à sepulcro immune consociasse,  
quo aliquãdo ambo gaudio immor-  
tali perfundantur, quod beatitudo  
sempiterna est & à mortis violentiã  
quam maximè aliena. Atque hæc fe-  
rè sunt propter quæ Deus hominem  
pulcherrimum adeoque mortalem  
procreasse poterat videri.

*Mirabile quandã inter corporis qua-  
litates & animam Symmetriã esse.*

COLLOQUIVM XXXVI.

THEOL. **V**IDEAMVS nũc itaque sigilla-  
tim corporis venustatẽ, quo  
in hanc